UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Si vnus ex pluri. hæredi. credi. vel debi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX V.

a 1 SI reſiduum. a †Implorari poteſt arbiter ad calculandam rationē inter debitorem ⁊ creditorem. hoc dicit. Uide gl. que incipit, ſi autem, ⁊c. de qua feci determinationem in l. acceptam. ſ. de vſur.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶Si reſiduum. Uide Bart. in conſi. cxxxv. incip. literas mag. veſtre.

LEX VI.

1 †Executoꝛ, an pꝛo modico legato poſſit vendere magnam poſſeſſionem.

1 a QUandiu. Uide gl. fin. huius l. ibi, ſed ſi plura, ⁊c. ¶†Quero vtrum executoꝛ pꝛo modico legato a poſſit vendere magnam poſſeſſionem. Dic vt in gl. ⁊ in l. pe. ſ. quādo decre. opus non eſt, ⁊ dicit quod poteſt ponere manum ad quam rem velit, tamen gl. hic videtur aliter dicere, quam hic vt d. l. alio. de ali. ⁊ ci. le.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Pꝛo modico legato. An pꝛo modico debito poſſit vendi res magni valoꝛis, vide tamen in l. a diuo pio. §. in vēditione. ff. de re iud. ⁊ facit ad hoc quod not. Bar. in l. iij. ſ. de neg. geſt. ⁊ in d. l. Julianus. §. offerri. de act. emp. ⁊ Barto. in l. creditoꝛ. alle. in glo. Adde ſecundum Bal. quod ob es alienum, res pupilli magni pꝛetij vendi non poteſt pꝛo modico debito, ſi alia res erat, que poſſet vendi ad concurrentem quantitatem, vel quaſi, aut non poterat aliter ſatiſfieri, nec erat alia res, ⁊ illa pꝛo parte vendi non poterat, ⁊ tunc totū valet, arg. l. ſi ſponſus ſponſe. §. generaliter, ⁊ ff. de do. int. vir. l. ſi. C. de bo. aut. iudi. poſ. aliter vendi non valet, etiam ſi decretum iudicis interueniat. Ita voluit ipſe Bal. conſi. lx. iij. vol.

Debitorem venditionem pignorum impedire non poſſe. Rubrica XXIX.

LEX, I.

1 a SI ſunt. †a Pꝛohibitio debitoꝛis in teſtamento, vel inter viuos, non impedit pignoꝛis alienationem, idem ſi nō totum debitum offeratur. hoc dicit hec lex.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Si ſunt vide Bal. in l. ij. ſ. ſi aduer. rem pigno.

Si vendito pignore agatur. Rubr. XXX.

LEX I.

a PReſes prouincie. Hec eſt ſubtilis lex, a ſi creditoꝛ in diſtrahendo pignoꝛe dolum committit, debitoꝛi contra ipſum actio competit, ⁊ in ſubſidium cōtra emptoꝛem dolo participantem. h. d. Oppo. ⁊ videtur ꝙ venditio non valuerit, vt j. l. pꝛoxi. Huius timoꝛe gl. diſtinguit tres caſus, aut creditoꝛ non habebat ius vendendi, aut habebat. Et ſi habebat, aut nō fuit in dolo, aut fuit in dolo ipſe tantum, aut ipſe, ⁊ emptoꝛ. Et dic

1 vt in gl. ¶Circa hanc l. ¶†Quero, qua actione poteſt agere iſte debitoꝛ, cuius res eſt vendita contra ipſum creditoꝛem. Gloſſ. que eſt hic, dicit pignoꝛatia actione. Uide gloſſ. ſuper verbo, iubebit Iſta gloſſ. pꝛocedit clare, quando creditoꝛ vendidit pignus quod ſibi fuit traditum, nam obligatio iſta, ex qua oꝛitur pignoratitia contra creditoꝛem, contrahitur re, vt inſti. quibus modis. re contrahi. obl. Sed ſi creditoꝛ vēdidit hypothecā ſibi traditam, quod facere poteſt, vt ſ. tit. ij. l. hypothecis tunc non poteſt habere locum pignoꝛatitia, que non eſt contracta de neceſſitate, ergo agendum erit actione de dolo. ¶Quero, qua actione agit iſte debitoꝛ contra emptoꝛeem dolum participantem. Gloſſ. ponit opi. Quidam dicunt, interdicto fraudatorio, quod glo. repꝛehendit, qꝛ hodie habet locum Pauliana ex tit. de his que in frau. cred. Puto quod habeat locum fraudatoꝛium interdictum. Nam edictum de his, que in fraudem credi. habet locum, quando quis vēdit rem ſuam in fraudem alterius, nō ſuam pꝛopꝛiam, ⁊ ideo habet locum interdictum fraudatoꝛium, de quo licet tit. expꝛeſſum non habeamus, tamen facit tex. mentionem de illo in l. pupilli. in pꝛin. de ſol. ⁊ l. ſi poſtulāte. in pꝛin. ff. ad treb. licet impꝛopꝛie ibi ponatur, ⁊ ideo bene fecit Jo. qui in arboꝛe ſua fecit ſpecialem tit. de interdi. fraudatoꝛio. Dixi de hoc in d. l. pupilli. ¶Sed quero, quid cōcludam in hoc interdicto. Dico quod hic ante omnia debet pꝛecedere diſcuſſio in bonis creditoꝛis alienantis, vt hic, in pꝛincip. Sicut dicimus quando agitur illo edicto, de his que in fraud. cred. vt l. ij. ⁊ l. ignoti. de his que in fraud. credi. qua diſcuſſione facta petam vt perinde cogatur mihi ad illam rem reſtituendam, ac ſi venditio per creditoꝛem facta non eſſet, vt dicitur in ſimili Inſtitu. de act. §. item ſi quis in fraudem. ⁊ pꝛobatur in fi. huius legis.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Subtilis lex. Uide que not. Bar. in l. iij. j. de iur. fiſ.

De luitione pignoris. Rubr. XXXI.

LEX II.

a INtelligere. a Licet tollatur actio perſonalis, tamen durat hypothecaria hoc dicit. Quomodo hoc poſſit eſſe, ꝙ ſublato pꝛincipali remanet acceſſoꝛium? Cy. hic tractat ⁊ facit vnam longam filateriam, ⁊ hec eſt not. lex.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Intelligere. Adde gl. no. in l. ſi paternam. ⁊ ibi Bal. in fi. ſ. ad velle.

Si vnus ex pluribus hæredibus, creditoribus vel debitorib. Rubr. XXXII.

LEX II.

a 1 ACtio quidem. a In hac l. fi. quero † qualiter debeat fieri cōcluſio in hypothecaria. Hic videtur tex. quod debet alternatiue concludi, vel vt debitum ſoluat, vel poſſeſſionem cedat, ſeu poſſeſſionem reſtituat creditoꝛi, qꝛ natura hypothecarie eſt, vt nudam poſſeſſionem aduocet, vt l. ſi cum venditoꝛ. §. j. de euic. Illud autem quod poſſeſſoꝛ debitum ſoluēdo poteſt retinere re, non eſt ex natura hypothecarie, ſed ex quadam poteſtate poſſeſſoꝛi conceſſa, vt l. mulier. ff. qui potioꝛes in pignoꝛe habeant. ⁊ quibus modis pign. vel hypo. ſolui. l. Paulus. ideo conſultius eſt, quod concludatur iſto modo, peto eum mihi condēnari ad tradendum mihi poſſeſſionem dicte rei retinendā in cauſam pignoꝛis pꝛo pꝛedicta quantitate, donec mihi integre ſatiſfiet. Si tamen foꝛmaretur libellus, pꝛout hac lege in fi. dicitur, non repꝛobarem eum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Actio quidem. Uide quod not. Bart. in l. heredem. ſ. de here. act. ⁊ Bar. in l. moſchis. ff. de iur. fiſc.

Si pignoris conuentionem numeratio ſecuta non ſit. Rubrica. XXXIII.

LEX I.

SI pecuniam. Iſtam legem habuiſtis de verbo ad verbum. ſ. de non nume. pecu. ⁊ ibi multa dixi.

De iure dominij impetrando. Rubr. XXIIII.

LEX I.

a DOminij. a Not. iſtam l. contra eos, qui faciunt
b concedi licentiam b a iudicibus nunctijs citandi omnes ſuos debitoꝛes, quod non valet, niſi debitoꝛum nomina expꝛimantur. h. d. loco ſummarij.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶Dominij. Uide do. Ant. in c. j. de iud. ⁊ ibi. Jo. de Imo. ⁊ ibi dixi, ⁊ vide Bar. in l. j. ſ. de exhib. reis.

b ALEX. ¶Licentiam. Not. de generali licentia nuncio citandi. Adde quod not. Bart. in l. qui autem. §. fi. de conſtit. pecu. ⁊ Bar. in l. ij. in addi. ⁊ ibi late dixi.

LEX II.

a SI creditoꝛ. Per vnum actum contrarium receditur a pꝛiuilegio a l. h. d. De materia huius l. habetur plene per doct. in l. voluntarie. ſ. de exe. tu. ⁊ in c. cum acceſſiſſent. de conſtit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Receditur a pꝛiuilegio. Pꝛobatur in l. j. in fin. ff. de conſti. pecu.

LEX III.

a VEtuſtiſſimam. a Antiqua obſeruatione ſublata debitoꝛ moneatur, vt certo tempoꝛe ſoluat, quo elapſo a pꝛincipe dominium impetratur, poſtquam impetrationem, debitoꝛ intra biennium an-

Bart. Secunda ſuper Cod. rr iiij

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN